THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



dyaꝰ quandam feminam quam aliquando
uiderat ante eius mentis oculos
reduxit. eiusque animum tanto igne
in spem illius accendit: ut pe
ne heremum uoluptate uictus de
serere deliberaret. Sed subito diui
na gratia ad se reuersus: continuo
se exuit. et in spinis et uepribus
que ibi aderant nudum se a
culo uolutauit: ut toto corpore
inde uulneratus exiret. et per cutis
uulnera uulnus mentis educeret.
Vicit inquit peccatum quod mutauit
incendium. Ab illo tempore nulla
postmodum temptatio in eius corpore
pullulauit. De Monacho
qui orare non poterat. lxiij.

Fuit quidam monachus in quodam
monasterio beati Benedicti. qui
diu in oratione esse non poterat: sed o
rantibus aliis mox foras exie
bat. et aliqua transitoria agebat.
Quod cum abbas illius monasterij
beato Benedicto narrasset: iuit il
luc et uidit monachum qui perma
nere in oratione non poterat. quem
quidam niger puerulus semper per uesti
menti fimbriam foras trahebat.
Dixitque abbati monasterij illius:
et mauro monacho. Numquid
non aspicitis quis est qui eum
trahit. Cumque respondissent non:
ille ait. Oremus ut et uos uide
atis. Orantibus illis: maurus
uidit. sed abbas uidere non po
tuit. Die ergo alia expleta o
ratione: uir dei monachum
foris reperit. quem pro sui ceci
tate uirga percussit. et extunc
immobilis in oratione permansit.
sicque antiquus hostis dominari
non ausus est in eius cogi
tatione: ac si ipse percussus
esset ex uerbere. De ferro
quod in profundum cecidit. lxiiij.

Quadam uice dum circa mo
nasterium uiri dei quidam
cum ualcastro uepres absci
deret: ferrum de manubrio pro
siliens in quendam lacum profun
dum cecidit. Cumque de hoc il
le nimis angustiaretur: uir
dei manubrium in lacum posuit.
et mox ferrum usque ad sui ma
nubrium emanauit. De mau
ro monacho qui super aquas
ambulauit. lxv.

Placidus puer et mona
chus de stirpe romanorum no
bilissima: ad hauriendam aquam
egrediens in flumen cecidit.
et mox ipsum unda rapuit. et
pene in unius sagitte cursus
a terra introrsum traxit. Vir
autem dei in cella consistens: hec
in spiritu statim nouit. et maurum